AUGUSTINUS
Klosterneuburg, Anfang 13. Jh. Seite 133r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=409
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



deuiso. Ipsi enim dm uidebit dictum est non
uidetur. et non uidimus sed uidebimus eum si
cuti est. Per in his sententiis non est contra
rium dm nemo uidit umquam. Uidebit
enim quem non uidetur qui mundo cor
de filii dei esse uoluerint. Quod est igitur uidi
dm facie ad faciem. et salua facta est anima
mea. In et hoc non est contrarium illi quod dic
tum est. deum nemo uidit umquam. Et
illud quod de moyse scriptum est quia loquebatur
cum deo facie ad faciem sicut quis loquitur
ad amicum suum. Et illud quod de propheta e
sayas de se ipso loquens ait. uidi dnm
sabaoth sedentem in throno. Et si qua
alia similia solent testimonia ex eadem
auctoritate proferri quomodo non sunt contrarie
sentencie qua dictum est dm nemo uidit
umquam. Quamquam et ipsum euuigelium potest
putari sibi esse contrarium. Quomodo enim uerum est
quod in eo dicitur qui uidet me. uidet et pa
trem. si dm nemo uidit umquam. Quo
modo uerum est angli eorum uident semper
faciem patris mei. si dm nemo uidit
umquam. Qua igitur regula intelligentie
ista ueluti contraria et repugnantia. non esse
contraria nec repugnare probabimus. Neque
enim fieri ullo modo potest. ut hec scripturarum
auctoritas aliqua ex parte mentiatur. Si
dicimus in eo quod scriptum est dm nemo umquam
uidit homines tamen intelligendos sicut
est illud dictum est. nemo scit quid agatur in
homine nisi spiritus hominis qui in ipso est. nemo
utique sed hominum. Neque enim hoc de deo
accipi potest cum de expositione scriptum sit. non opus fu
isse ut quisquam illi testimonium perhibet
de homine. quam ipse sciebat quid esset in ho
mine. Nam hoc apostolus planius explicans.
quem nemo inquit hominum uidit. nec
uidere potest. Sic igitur dictum est dm nemo

uidit umquam. ac si diceretur nemo ho
minum. Hactenus illa questio soluta uide
bitur. ut non sit huic sentencie contrarium
quod dns ait. angeli eorum semper uident
faciem patris mei. ut scilicet angelos
dm uidere credamus quem nemo uidit ho
minum umquam. Quomodo igitur dm uidit
abraham ysaac. iacob. iob. moyses
micheas esayas. et si qui alii sunt de quibus
ueracissima scriptura testatur quod dm ui
derint. si dm nemo umquam hominum
uidit nec uidere potest. Quamquam non nulli
uolentes probare esse impios uisuros dm.
a diabolo quoque ipso dm uisum putant.
sic accipientes quod scriptum est in libro
iob uenisse cum angelis et diabolum
in conspectu dei. ut ea illud ueniat in
questionem quomodo dictum sit. beati mun
do corde quia ipsi dm uidebunt. et
illud pacem sectamini cum omnibus et
sanctificationem sine qua nemo potest
uidere dm. Multum enim miror si eo usque
progrediuntur qui existimant impios
uisuros dm et a diabolo uisum dm. ut
eos et mundos esse corde. et pacem ac
sanctificationem cum omnibus sectari asse
uerent. Nam quod dns ait. qui me
uidet. uidet et patrem. potest et paulo
ad tenendum consideratum uideri non esse contrarium
ei quod dixit dm nemo uidit umquam.
Neque enim dixit quia me uidistis. uidistis
et patrem. sed dicendo qui me uidet. ui
det et patrem. ostendere uoluit unitatem
substancie patris et filii. ne in aliquo inter se
putarentur esse dissimiles. Ac per hoc quam
uerum dictum est qui me uidet uidet et
patrem. perfecto quam dm nemo hominum
uidit umquam. nec patrem putandus
est quisquam uidisse nec filium secundum quod ds